

de visitatione apud P. Ministrum Generalem P. Cappucinarum  
de permanentia Patrum in Estonia.

A R. P. Minister Generalis officialiter declaravit, Patres  
Cappucini hactenus ritus omnes prospecturos esse anno 1940  
cumque nullo modo ab hac decisione posse discedere.

Rationes: non possunt ibi vivere

non habent sufficientem laborem

modus agendi Administrativis fuit valde ingratus

Unica spes, quam dedit P. Minister Generalis, fuit in hoc, quod  
fortasse Patres Cappucini in Polonia laborantes in eodem anno ab  
hac regione discederent, et tunc posset Rogari P. Provincialis  
Cappucinarum Neerlandicum, ut aliquos Daret Estonice.  
Sed res valde incerta.

C. Kolpachinski

18. 11. 38

## Impressiones de Estonia

Tum Exc. Dominus Profithlich, tum Exc. D. Nuntius Arata rogaverunt, ut etiam de rebus Estoniis cum Paternitate conferrem. Fui ibi in medio mensis Octobris.

Situatio: in statu tentaminum

Habent curam pro 3000 Catholicis, quorum 900 in Tallinn et ceteri dispersi difficilis et parvus labor. Ingratus. Oportet valentem speciale adaptationis... et linguarum (Estoniae, perdifficilis, et Polonae / maior pars Catholicorum et operarii temporales. Praeter hunc laborem, qui bene fit a P.P. Cappucinis et non ita bene a nostris (Exc. D. Arata ultimo tempore adhuc dixit: Man schickte nur Abfall!) nulla clara directio. Est initium apostolatus pressae, initium conversionis acatholicorum, initium educationis universitatis (3 viventes in schola elementari ex Lettonia) variae ideae non maturae.

Mgr plenus zelo et voluntate, non videtur valde aestimari neque a Cappucinis, qui etiam propter hanc rationem abire volunt, neque a Nostris. Practice etiam superior missionis est, quia P. Por. Lith. quam minimum se occupat et P. Werling practice nullum influxum videtur habere (homo magis magisque neurasthenicus) loquente cum Mgr de cura pro Scholasticis habenda dixit: „nulla misericordia. Debent vivere ipsi.“ Modus Borussiae! Scholastici duo vivunt in nomina libertate, unus habitat in Nõrme (25 KM. a Tallinn) in illo indomato, ubi P. Strang, etiam neurasthenicus, directionem habet. Frater ibi practice omnia facit, est valde depressus et neurasthenicus. Nihil dixit se velle abire et relinquere sedire. Contra quod cum energia protestatus sum quia sat bene callet lingua. Alter, nepe advenit, iam nunc facit vespere hora 9 in autumnis ambulationem

solus, quia non habetur recreatio. Dixi Mgpr debere esse recreationem, licet dimidiae horae et nulla licentia pro talibus ambulationibus vespertinis. Quod promisit.

Mgpr habet suam politicam financiarum, de qua nemo - neque Nuntius - multum intelligit; certum est quod omnes de hac queruntur, uno se in vera penuria habent neque vitam honoris videri posse sustentari. Vicitus parce datur.

Hic respectata libertate Administrationis aliqua clara reorganizatio utilis esset. Cor. Lith, quae promissiones pecuniarum, cum a mensi Apr. nihil dedit.

Quomodo Missio ulterius directionem sumat, multum dependebit a Patribus, ibi advenientibus.

Necesse est enim mutatio Patrum.

P. Wiercinski abiit

P. Shang vult ex toto corde abire; non cognoscit linguam; nihil fecit quam semel in die Dominica praedicare pro parva gruppa (30 vel 40) Germanorum.

P. Kartke non vidi, sed mihi dixit P. Werling, eum etiam velle abire - neque cognoscit linguam.

Manent solum P. Werling, qui bene cognoscit linguam, sed pessime pronuntiat. Ille vehementia sua facit multos inimicos - tamen bonus homo est religiosus, admiratione dignus - sed neurasthenicus.

Et manet P. Bonusuti, qui ibi bene et contentus vivit. Linguam aliquomodo didicit et saltem praedicationes suas legere potest.

De Patribus Ryder et Bourgeois hoc solum scio, quod saepe inter se pugnam habent et quod P. Ryder toto corde desiderat abire ad Russos - quod utile videretur.

Sunt adhuc 4 Cappucini (cum 2 Fratibus) vitas Latini et 2 vitas Orientales. Mense Novembri venit Visitator eorum, qui post visitationem ad me venit Rigae, ut communicaret ea, quae statueret.

tracta sequentia: ab anno 1939 usque ad 1941 omnes Patres Ritus  
latini revertentur in patriam

- 1) quia non possunt ibi vitam secundum Ordinem ducere
- 2) quia non possunt ibi habere vocatines.
- 3) quia non amant Administratorem.
- 4) quia neminem pauperem habent
- 5) quia non necessarij sunt; veniunt enim Patres SJ ex Hollandia.

Ego perterritus rogari, utrum Mg'r hoc decretum approbasset.

Non, inquit, voluit eos adire ad minus 2 annos - sed P. Werling affirmavit,  
nos posse abire, quia veniunt ex Hollandia!

Tunc explicari, hoc esse valde incertum, immo parum probabile et cogitari  
eos, se darent communicationem huius decreti Patri Ministro Generali -  
quia mea persuasio prima est, eos non tantum 2 annos, sed semper debere  
remanere. Nam si unquam venisset pauperis SJ, tunc regio sine ullo  
sacerdote maneret!

Promisit Visitator, sub conditione, quod ego irem cum P. Ministro Generali  
loquerer.

Postea locutus sum cum Nuntio, qui omnino eiusdem opinionis est:  
debent manere in infinitum.

Omnes simul sumptus clarum est, Missionem Estonicam esse in  
summo periculo - si illi 2 Patres hoc anno 1939 abibunt, desiderari  
videbitur 3 Patres. Nam etsi non multum laboris habent, Resistantiae  
magnae sunt et Heremi miserabiles, patres autem dispersi.

Debent esse vivaces, idealistici et optimi religiosi, nos Poloni, neque Germani  
qui facillime linguas abdicant, qui caeluram internam et externam  
ostendere possunt.

RP. Kolfschoten, Constantius  
Impressiones de Missione Estonica.

Quaestio Kurtna: de illo vivere locutus sum cum RP Dr. Pizis in Collegio  
Russico. Mihi personaliter clarum est, eum -saltem hoc anno- non  
recipiendum esse in noiviatu, in nulla parte terrarum.

Si autem hoc anno praeparare potest doctoratum in philosophia et, ibi  
Constantis bene vivit, iterum quaestio posse venire in iudicium - quia  
multa talenta habet et fundamentaliter magnum desiderium in maiorem  
perfectionem.